

32. Affirmant Gregor. Lop. in l. 28. gloss. 3. col. 3. tit. 8. p. 5. Molin. d. disp. 391. num. 4. Bonacini. de contract. disp. 3. q. 4. punct. unic. de censib. n. 12. Avend. de censib. cap. 60. num. 5. Leotard. de usur. q. 48. num. 28. & q. 57. num. 42. Cencius sup. quæst. 99. num. 2. Guttier. Pract. lib. 2. quæst. 177. num. 7. Scaccia de commercio. §. 1. q. 1. à num. 176. Valasc. de jur. emphyt. q. 32. num. 16. Cevall. commun. cont. commun. q. 312. num. 5. Merlin. de pignor. lib. 5. q. 34. num. 6. Sarmient. Selectar. lib. 7. cap. 1. num. 31. Azor. Institut. moral. part. 3. lib. 10. cap. 5. vers. Tertio queritur, Fachin. controvers. lib. 2. cap. 44. in fin. Parlador. queridian. lib. 1. cap. 3. §. 8. num. 22. & lib. 2. cap. fin. part. 5. §. 16. n. 24. atque alii apud ipsos.

33. Hæc ita sunt vera, ut census rei interitu semel extinctus non reviviscat, veluti si ædes, aut monasterium censui suppositum diruatur, ac idem censarius in area aliud subrogaverit, non tenebitur ad redditus. Merlin. ubi proximè, Avend. rectè probans ex n. 14. Leotard. d. q. 57. a. n. 43. Deinde si census super censu imponatur, perempta re in qua hic consistebat, & ille peribit, sicut & redemptio. Cencius q. 31. num. 12. & 13. & quæst. 99. n. 22.

34. Quæritur, num licet pacisci, quod re extinta censui obnoxia, censarius ad redditus teneatur, ac cætera illius bona obligationi subjiciantur? Negat post alias Cencius d. q. 99. à num. 16. Affirmat cum non paucis Felician. de censib. tom. 2. lib. 1. cap. 8. num. 18. Avend. d. cap. 60. num. 11. ubi de pactio reædificandi. Dicendum est, id pactum licet adjici, seclusa Pii V. constitutione, si cum argumento pretii compensetur. Molin. d. disp. 391. num. 4. Felician. ubi proximè. Lessius de justit. & iur. lib. 2. cap. 22. num. 66. nam, ut inquit Molina, inseritur assecuracionis contractus; sufficiente censario periculum census, quod est pretio dignum, l. Periculi 5. de nautic. fœnor. & quodvis onerosum censario adhuc contra naturam contractus pactum licet adjicitur, si quantitate justa compensetur. Roderic. sup. lib. 2. q. 4. num. 2. Noguerol. alleg. 2. num. 52. Guttier. Pract. lib. 2. q. 174. n. 2.

35. Item ambiguit, re censuali perempta ex parte aut fructifera similiiter facta, quæ tamen reddit quantum sufficiat ad integrum census solutionem, an censarius pro portione relevetur, ita ut si dimidia rei pars perierit, ex redditibus dimidium detrahatur? Ita tenet Molin. sup. num. 3. Lessius num. 88. Thesaur. Forens. q. 32. num. 36. Vgolin. de usur. cap. 45. §. 16. vers. Quæ diximus, & alii apud Leotard. q. 57. n. 23.

36. Contrarium nihilominus Rota decidit, ut est apud Cenc. decis. 1. cui idem Cencius accedit quæst. 100. num. 3. Leotard. fusè probans ex num. 24. ubi plures refert. Verum prior sententia planè procedit juxta Pontificis mentem, & verba quibus illam apertissimè explicuit: neque ex cogitatione distinctione adhibenda est, ubi constitutio loquitur indistinctè, l. Non distinguimus 37. de recept. arbitr. l. De pretio 5. de Public. in rem action. cum aliis, quæ congescit Barb. axiom. 136. num. 4.

37. Quæcumque prædictum de rei censuali interitu, æquè procedunt si res fiat infructuosa in perpetuum; nam censarius à redditum solutione liberabitur, de quo Molina & Lessius ubi proximè, Cencius q. 102. per tot. Leotard. de usur. q. 57. à principi.

Tunc liberatio censuario conceditur, cum res 38 perit, aut infructuosa redditus absque facto, aut culpa ipsius, quæ si intervenierit, dominus census aut exigere sortem poterit cum decursis pensionibus & omni intereste, aut compellere censuarium, ut censum imponat super alia re immobili idonea, & fructifera. Leotard. n. 56. Scaccia de commercio. §. 1. q. 1. num. 178. Gratian. disceptat. cap. 654. ex n. 1. Cenc. de censib. q. 101. num. 18. Sed readficare censarius tenebitur, & interim pensionem exsolvet. Avendañ. de censib. cap. 60. num. 19.

Vers. Secundò eadem sententia.

Hæc fundamenta corroborat, & alia subjun- 39 git latè Leotard. q. 48. ex num. 11. Sed eadem revertere conantur Cardin. Lug. de just. & iur. disp. 27. Molina, Fachinæus, Sarmientus, Aven- dañus, Cencius, Rebellus & alii, quos supra laudavi, num. 27. Nam præhabita disputatione, censum personale non subsistere tenent.

Vers. Quartò, si contractum.

Hæc ratio satis astringeret, admisisse iis quæ 40 D. Covar. tradit, sed communiter rejiciuntur; nam in contractu census emptor jus reale acquirit in æde aut prædio, super quo ille imponitur; ac obligatio consistit principialis in re censu subiecta; personalis verò cum generali bonorum hypotheca, quæ regulariter adjici solet, accessoria censem, & pro facilitiori, ac tutiori reddituum exactiōne duntaxat adhibetur, non ut extincto jure emptoris, quod in re principaliter obligata habebat, alia bona ad censum subrogantur, venditorque ad redditum solutionem actione personali teneatur, cum hæc extinguantur, censu perempto per rei censualis interitum, ut præmissum num. 32. Ita exp̄s̄ adversus. D. Covar. tenuerunt Rebell. de oblig. just. lib. 10. q. 1. n. 7. Molin. sup. disp. 383. num. 7. vers. Contrarium, Azor. Institut. moral. lib. 10. cap. 5. q. 2. Lælius Zecchius de usur. cap. 15. num. 9. Guttier. Pract. lib. 2. q. 177. a. num. 7. Cencius sup. q. 34. n. 31. cum seqq. Frider. Martin. de iur. censib. cap. 8. num. 188. & 213. Leotard. de usur. q. 48. num. 49. Avend. de censib. cap. 58. n. 30. & cap. 60. ex n. 7. & alii.

Verum nostro Præsidì præter alios novissimè 41 adhære videtur Tondut. Questionum Civilium cap. 61. ubi probat circumscripsa Pii V. constitutione, ex censu imposito super ædibus certis, & aliis omnibus bonis videntis oriri principali- ter obligationem personalem, ita ut diritis ædibus, census in ceteris bonis persistat, actione personali subsistente. Sed an talis census sustineatur super bonorum universitate juxta contractus naturam, disceptatur. Negant cum non paucis Cenc. q. 40. num. 7. Trentacing. variar. lib. 3. tit. de censib. resol. 1. num. 17. vers. Circa quartam. Affirmant Roderic. de ann. redditib. lib. 2. quæst. 7. num. 13. & plures apud Leotard. q. 58. num. 39. ubi exp̄s̄, & fuse Cencium impugnat. Vide Roderic. lib. 2. q. 9. in fin.

Ad Num. 6.

Pro nuper traditis, ac subjiciendis opera pre- 42 sumit, ut censu imponatur, & censu imponatur, dum queritur quale jus consequatur censum emens

mens in re, super qua ille colloquatur? Quidam cum nostro Præside hypothecam specialem præ ceteris firmam, & efficacem tribuant creditori, ut Cenc. quæst. 23. n. 6. & 7. Merlin. de pign. lib. 2. q. 93. n. 1. Guttier. Pract. lib. 2. q. 167. num. 4. Noguerol. alleg. 2. n. 111. Felician. de censib. lib. 3. cap. 4. num. 9. præter illos, quos laudat Avend. cap. 23. num. 9.

43. Alii nullam hypothecam, sed jus quoddam reale ad instar servitutis, rei censu supposita inhaerens emptori concedunt. Molin. sup. disp. 383. num. 8. Lessius de usur. & iur. lib. 2. cap. 22. n. 35. Valasc. de iure emphyt. cap. 32. n. 13. Leotard. q. 51. num. 14. Avend. cum pluribus n. 10. Sed hoc jus censuale, cum nomine careat, verbo latè sumpto, potest hypotheca irregularis propter similitudinem nuncupari, quamquam inter se realiter discernantur.

44. Illud hæc adnotatur discriben, nam creditor ex hypotheca agens in tertium possessorum, non auditur ante excusione factam in bonis debitoris, l. 14. titul. 13. part. 5. Merlin. sup. lib. 5. quæst. 69. num. 1. Paz in praxi, tom. 3. cap. 2. §. 4. num. 35. Menoch. de arbitr. lib. 1. quæst. 51. n. 4. Cancer. variar. part. 2. cap. 5. num. 184. Possessor autem rei censu affectæ excusione exceptione non juvatur. Merlin. d. quæst. 93. num. 2. Noguerol. ubi proximè, Azeved. in l. 1. n. 8. tit. 15. lib. 5. Recop. Roderic. lib. 2. quæst. 9. num. 51. Valasc. sup. n. 14. Cenc. cum pluribus q. 98. n. 20. Thesaur. decis. 55. num. 4. Frideric. Martin. de iur. censib. cap. fin. n. 120. Avend. cap. 96. num. 9. & 10. Gratian. disceptat. cap. 141. num. 5. ubi ampliat etiam pro pensionibus debitis antequam res ad tertium possessorum devenirent, pro quibus potest conveniti, Roderic. sup. cap. 22. num. 42. Noguerol. d. alleg. 2. n. 109. Cenc. num. 28. Avend. cap. 99. num. 4. Felician. tom. 2. lib. 3. cap. ult. num. 2. Urzill. ad Afflit. decis. 95. num. 1. quod limitant si agenti possit imputari quod propter negligientiam a prædecessore possessor non exegerit. Noguer. alleg. 40. num. 63.

45. Regulariter postquam census constituitur in prædio, aut æde designata, adjicitur personalis obligatio cum generali bonorum hypotheca, ad faciliorē, ac tutiore redditum exactiōne: inde queritur, si dominus census egerit contra tertium possidentem bona generaliter obligata, num teneatur prius principialis censuarii facultates excutere? Negat Avend. sup. num. 9. in fin. Sed contrarium est tenendum, nam ratio cui ille initur, debilis est; quid enim interest, quod utraque bonorum obligatio simul ad eundem concurrat contractum, si diversimodè, & ad distinctos effectus res adhibentur obligatae, quædam ut in illis census constat, & emptor jus reale velut servitutem adquirat ad redditus ex ipsarum fructibus percipiendos: quod onus ita rei censu obnoxia cohæret, ut illud quocunque vadat, præ se ferat: quapropter in possessorum non præmissa excusione actio dirigitur.

46. Alia verò res sub generali obligatione contenta solūm deserunt ut plus cautionis comparet emptor ad redditus exigendos, nullumque aliud jus querit in illis, nisi regularem hypothecam, sicut quilibet similis creditor; ideoque nisi excusione perfecta, tertium possessorum molestare nequibit. Quam distinctionem præducit Molin. d. disp. 383. n. 6.

46. Alia exceptione se tueri posset possidens res D. de Faria Nova Addit. ad Covar.

generaliter obligatam, ex l. 2. Cod. de pignorib. quâ statuit, ne creditor habens rem specialiter hypothecatam, & generaliter omnia debitoris bona, possit in tertii præjudicium ad res generali obligatione astrictas agere, nisi excusione præhabita in speciali hypotheca: & ita in specie tenuit Avend. d. cap. 96. num. 13. contrarium sustinet Roderic. de ann. redditib. lib. 2. cap. 9. num. 29. quia dicta lex 2. procedit inter creditores, nec extenditur ad tertium possessorum, & hæc est communis resolutio, quæ tam limitatur si tertius cum titulo, & hypothecaria ex causa possideret Merlin. sup. lib. 4. q. 2. n. 15.

Vers. Hinc etiam deducitur.

Extra dubium est, rei censitæ possessorum teneri ad redditum pensionem. Cenc. q. 73. n. 15. Sed maximè discutit, an census creditor censuarium valeat non possidentem convenire? Affirmant cum D. Covar. Guttier. Pract. lib. 2. cap. 177. n. 4. Roderic. de ann. redditib. lib. 2. q. 9. n. 51. Cenc. ubi proximè, Felician. de censib. tom. 1. lib. 3. cap. 4. num. 8. Redoan. de reb. Eccles. rubri. de confit. ann. reddit. n. 68.

Alii inficiantur, censuarium ab onere pensioni- 49 num non liberari per rei censitæ alienationem. Molin. de justit. & iure, disputat. 383. num. 9. vers. Illud etiam constat, Valasc. de iur. emphyt. quæst. 32. num. 14. Avendañ. de censib. cap. 23. num. 14. Alii denique distinxerunt ita: vel censarius denunciavit creditori, & non poterit conveniri; vel non, & satisfacere compelletur agenti. Navar. comment. de usur. quæst. 22. n. 116. Azor. Institut. Moral. part. 3. lib. 10. cap. 11. quæst. 1. vers. Postremò in ea, Bonacina in Sum. tract. de contratt. disput. 3. quæst. 4. punct. unic. num. 97. Secunda opinio juri, & æquitati consona videatur, nisi exactio reddituum difficilis censeatur ob potentiam, inopiam, aut dolum possessoris, ne per factum censuarii deterior fiat conditio domini census, l. Non debet, de reg. iur. cap. Non debet, eod. it. in 6. cum aliis per Barbos. axiom. 22. n. 1. quod tunc vel maximè procedet, si denunciatio non intervenit ad alienationem.

Ibi: In eo tamen qui tertius possessor est.

Tertius rei censu affectæ possessor, ethi recognitionem emiserit, si ablique fraude desirerit possidere, amplius pro redditibus, conveniri nequibit. Redoan. & Avend. ubi proximè, Guttier. num. 5. Cenc. q. 92. num. 29. Roderic. d. q. 9. num. 56. Valensuela conf. 19. n. 52.

Hinc inferri potest, quod si tertius possessor 51 tem cesserit domino census imminuis erit à redditum pensione, licet venditori primævo censuarium, vel hæredi ejus id non prodesset. Leotard. cum pluribus tract. de usur. quæst. 42. num. 25. Cenc. quæst. 97. num. 8. & quæst. 98. n. 81. Ratio differentia in obscuro non est; nam qui censum vendit, ex contractu obligatur solvere pensiones, quas præcisè exhibere tenetur donec jus emptoris non extinguitur: nec satisfacit, fundo censu tradito, quanvis plus quam debet prestatare videatur, quia aliud pro invito creditori solvi non potest, l. 2. §. Mutui datio, de reb. credit. Tertius autem singularis successor nulla alia ratione ad redditus tenetur, nisi quia possidet rem in qua dominus

census habet jus reale ad illos percipiendos , nec per recognitionem magis astringitur , nec natura obligationis immutatur ; ideo dimittens rem censitam creditor i omnino liberabitur , ut docuit Cencius qui tamen recognitionis non meminit , de cuius effectu agit D. Covar . hic egregie Roderic . ubi nuper . n. 56. & 68. Felic. lib. 3. c. fin. n. 7.

Ibi : Ut possit competere exequutionis jus.

52 Tertius possessio rei censui subjectæ nequit pro pensionibus viâ exequutivâ conveniri , nisi publico instrumento recognitionem fecerit . Roderic . d. q. 9. num. 53. Avedan. latè de censib . cap. 96. num. 7. & 8. Cefic. quæst. 95. num. 6. 21. Felician. lib. 3. cap. 4. num. 6. Paz in praxi . tom. 1. part. 4. cap. 1. num. 49. & ita est tenendum , & observatur , quanquam tertium possessorem pro redditibus exequutivè conveniendum obiter scripsit Parlador . quotidian. lib. 2. cap. fin. part. 4. §. 1. num. 18. quem refert Bolaños Cur. Philipp. part. 2. §. 11. num. 8. quam opinionem probabilem ostendit Avend. num. 8. vers. Tertiò , & noviter , cum seqq. qui singulariter opinatur in censi servativo exequutionem in tertium competere possessorem . Vide vers. Secundo etiam ego . Quid si pactum de non alienando adjiciatur , statim explanabitur .

53 Tertius possessio rei censitæ compelli poterit (ut frequenter fit) ad recognitionem census , vel ut illam rem dimittat . Azeved. in l. 1. n. 8. tit. 15. lib. 5. Recop. Aved. d. cap. 96. num. 7. vers. Ex quo dominus , Roder. n. 56. Felician. lib. 3. cap. ult. n. 8.

Ibi : Illud tamen erit observatione dignum.

54 Licet regulariter verum sit , quod creditor hypothecam habens (præsertim specialem , quia de generali non est quæstio) cum pacto de non alienando , possit exequutivè agere in tertium possessorem , sicut in principalem , attamen in contractu census non ita planè procedit : tum quia videtur tale pactum contra naturam contractus , ac valde onerosum vendori : tum propter Bullam Pii V. quæ prohibent conventiones restringentes facultatem alienandi . Consule Cencium , Paz ubi proxime , Roder. n. 54. & 55. Aved. n. 7. & 8. Felician. lib. 1. cap. 10. n. 3. & lib. 3. c. 4. n. 6. Sed in praxi apud est exequutioni locus , si inseratur clausula de non alienando , ex traditis per Paz , & Aved. Verumtamen non videtur sufficiens , quod de stylo Tabelliones inserant , nec scilicet res censita absque assensu emptoris census possit alienari , quia potius respicit ad denunciationem , quæ ex constitutione Pii V. fieri debet , quæ ad impedimentum alienationis , quod eadem Bulla prohibetur , de quo Aved. n. 8. vers. Sed quavis.

Vers. Constat igitur.

55 Legas laudatos sup. num. 27. & 28. & qua circa questionem istam hucusque sunt tradita . Et quidem probabilior , tutior , ac in praxi receptior videtur sententia negans censum in personali sola obligatione consistere posse , quæ & Pontificia Pii V. autoritate roboratur , & à plerisque Interpretibus de jure communis sustinetur .

Vers. Non obstant constitutiones

Obstat quidem novissima Piana , cuius hæc sunt 56 verba : Hac nostra constitutione statutus census , seu annum redditum creari , constituir nullo modo posse , nisi in re immobili , aut que pro immobili habeatur , de sui natura fructifera , & que nominam certis finibus designata sit . Per quam clausulam creatio censum personalium prorsus exploditur , ut observat Molin. disput. 389. num. 3. præter plures alios recensos sup. num. 27. Et quanquam ea constitutio alieni vim coactivam non obtinuerit (quod absque controversia non est , de qua Leotard. de usur. q. 44.) ubique tamen direcitivam oportet ut habeat .

Vers. Quod item diximus.

Pro his adire potes quos cumulavimus sup. n. 39. 57 illi erenim licita impositione census personalis acriter disputarunt , utrinque rationibus discussis . Nos sanè D. Covar. consilium amplexi , vel propter majorem cautionem , vel propter conscientiæ securitatem ab hujusmodi contractibus abstineamus , census in rebus immobilibus , aut que pro immobilibus habentur , constituentes .

Vers. Quaritur deinde.

De hac quæstione ante omnes videndus Cen- 58 cius de censib . quæst. 80. de qua suo loco inferius agendum .

Ad Num. 7.

Creditor hypothecarius agere valet in solidum 59 pro eo quod sibi debetur adversus possessorem cujusque rei ex obligatis . Idem juris habet in eum , qui parte rei hypothecatæ possider Cencius sup. n. 10. Merlin. de pignor. 5. q. 59. num. 1. Negusant. eod. tract. part. 2. memb. 4. n. 160. Leotard. de usur. q. 97. n. 19. Ant. Fab. in Cod. tit. commun. de legat. definit. 1. n. 1. Mantic. de tacit. convent. lib. 11. tit. 17. n. 15. Pacif. de Salvian. interdict. inspect. 3. cap. 4. n. 280. Felician. cum multis sup. lib. 3. cap. 4. n. 11.

Nec liberabitur possessio offerens hypothecatæ 60 rei estimationem , si ea non sufficiat ad totius crediti exsolutionem , ut ex aliis observavimus sup. lib. 1. cap. 8. num. 18. ubi ex n. 7. fusè de tertio possessore , qui melioramenta adjecti : & pro hoc judicatum refert Arias de Mela var. lib. 1. cap. 49.

Principalis conclusio eam patitur restrictio- 61 nem , ut non procedat in legario , qui etiæ bona testatoris habeat obligata , nequibet agere in solidum contra unum ex heredibus , etiæ res hereditatis possideat ; sed pro portione hereditaria quæcumque debet convenire , nisi res certa reliqua sit ex bonis defuncti ; nam ejus possessio eandem tradere compelletur . Mantic. num. 14. Merlin. num. 6. Leotard. ubi proxime , & num. 22. id recte extendit ad tertium possessorem ab herede causam habentem , qui non tenebitur nisi quatenus author suus teneretur possidens .

Ibi : Sed quia hypotheca , quæ deducitur.

Species de qua queritur , ita se habet : Ven- 62 dit quidam censum triginta aureorum in singulis annos , quem imposuit super tribus suis ædibus , quas deinceps cum suo onere alienavit , ita

Varias Resolut. Lib. III. Cap. VII. 75

ut ad tres diversos dominos pervenerint ; ambiguitur an dominus census valeat quemque ex his tertii possessoribus convenire pro tringita annuis , vel decem à singulis exigere ? D. Covar. docet , in solidum agi non posse , sed pro rata respectu estimationis dominus , quam quisque possidet . A sentiuntur Rebell. de obligat. justit. lib. 10. q. 6. num. 2. Bonacina in Summa , tractatu de contract. disputat. 3. quæst. 4. punct. unic. num. 37. versic. Tertiò . Vrsill. ad Affict. decis. 153. num. 5. Redoan. de rebus Eccles. non alien. rubric. de constit. cens. num. 69. & alii apud Cenc. sup. num. 3. & Felician. de censib . lib. 3. cap. 4. n. 1.

63 Quæ sententia ex Bulla Pii V. est omnino tenenda , ubi recepta probetur ; nam dum constitutio jubet , ut re extincta , aut ex parte perempta , census pereat , vel minuatur , apparet res censui non subjici in solidum , sed partialiter , pro modo fructuum quæs queque ferre solet ; ideo si super tribus domibus census collocatur , una dirutæ , tertia pars redditum amitteretur . Unde tertius possessio conveniri non poterit , nisi pro domo quam detinet , cum in solidum non fuerit obligata . Aliam rationem ex Ioan. Bapt. Mad. transcriptis Cenc. loco cit.

Ibi : Non inficior opinionem.

64 Quod possessio partis rei subjectæ censui , vel unus ex pluribus ita obligatis teneatur in solidum ad redditum solutionem , ac census recognitionem , contra nostrum Præsidem absoluè tenuit Molin. de justit. & jur. disp. 383. num. 9. Lessius eod. tract. lib. 2. cap. 22. num. 89. Trullench. in Decalog. lib. 7. cap. 21. dub. 7. num. 2. Azeved. in l. 1. num. 15. tit. 15. lib. 15. Recopil. Navar. de usur. num. 114. Aved. de censib . cap. 96. num. 14. Felician. eodem tract. tom. 1. lib. 3. cap. 4. num. 11. Valasc. de jur. emphyt. q. 32. n. 15. Roder. de ann. redditib. lib. 2. q. 9. num. 60. Gratian. disceptat. cap. 141. ex num. 3. non paucis prætermis , quos referunt Felician. Aved. Roder. & Cenc. d. q. 80. num. 1. qui ita distinguunt , ut creditor si egerit actione personali in rem scripta ad redditum exactiōnem , non valeat in solidum convenire ; secus si hypothecaria . Vide eum num. 7. & consentientem Merlin. sup. d. q. 59. n. 7. cum seqq.

Ibi : Ideo in praxi apud Hispanos.

65 Adeo usu in Hispania receptum est , ut censuista agere valeat in solidum contra possessorem cuiusque rei ex obnoxio censui , aut partim , ut in instrumentis ejusmodi clausula communiter adjiciatur , Censuaria promittente res non dividere inter diversos possessores .

Ad Num. 8.

66 Hæc resolutio , & distinctionis pars tertia procedit juxta communem sententiam , de qua sup. num. 59. An possit se tueri possessio rei generaliter obligata exceptione , l. 2. C. de pignor. prædixi. 47.

Verum distinctione D. Covar. inter res censui subjectas , & alia bona censuaria generaliter obligata , locum in Hispania nequit habere , ubi ex stylo census super bonis omnibus , ac specialiter super fundo certo , vel æde imponitur , atque ita parviter cuncta obligantur , quod ipse Praes nosser D. de Faria Nova Addit. ad Covar.

prædocuit sup. n. 5. vers. Quartò si contractum , ubi inquit , in re censu specialiter supposita contrahi hypothecam accessoriā actionis personalis pro securitate census , sicut cætera bona , quæ generaliter solent obligari ; unde diversum jus constitui non debet respectu tertii possessoris , si a census domino conveniatur .

Ad haec licet teneamus , per census constitu- 67 tionem nullam contrahi in re censu onerata hypothecam , ut non pauci sentiunt , adhuc distinctio tradita non est excipienda ; nam predium in quo census collocatur , cum persistat plenè in dominio censuarii , generali bonorum hypothecæ subjicitur , ex qua generali hypotheca , etiam regulari agens creditor poterit in solidum pro redditibus possessore partis rerum censu specialiter affectarum convenire , maximè cum in ipsis plus juris quam in ceteris habere censeatur , ut agnoscent communiter omnes .

Ilud tandem in hoc tractatu observatione di- 68 gnatum existimo , ne circa præmissa quid ambiguatis occurrat lecturo , quod omnes agnoscent , venditorem census personali actione teneri ad redditum solutionem : dissensus tamen iste inter Scribentes versatur , quidam etenim , ut D. Covar. ubi proxime , ac non pauci quos refert , & sequitur Felician. tom. 2. lib. 1. cap. 8. n. 17. & tom. 1. c. 4. n. 4.

& cap. 8. n. 19. opinantur , ex natura contractus censuialis actionem personalem principaliter per se stare , ac sic independentem à fundo , in quo census collocatur , ut hoc perempto , illa persistat quæ censuarius ad redditum pensionem possit conveniri . Alii contrà sentiunt , scilicet eam actionem accessoriā esse ad jus reale , quod emptor in æde , aut prædio destinato quæsivit , ut explicuimus , Authoribus laudatis , sup. n. 40. quibus etiam seclusus Pianâ constitutione assentior , etiæ Felicianus d. cap. 8. n. 17. arguat remeritatis judices qui hanc sententiam elegerint : quod an temere sit assertum , alii decernent . Mihi autem videtur censuarium teneri actione personali , ut debitorem quantitatis redditum respectu certæ speciei , hoc est fundi , vel domus censu affectæ ; ideo juxta communes Juris regulas , perempta specie liberatur , ut observavi Prædictar. cap. 28. n. 39.

Similiter animadvertere oportet , quod censum 69 redimere potest præter censuarium , correum , & fiducijs , extranens quilibet , etiæ census dominus contradicat , ut fert communis sententia , quam tenent Cencius de censib . q. 105. n. 4. Aved. eod. tract. cap. 106. n. 6. Carleval. de judic. disput. 35. n. 25. Roder. de ann. reddit. lib. 2. q. 16. n. 6. Felician. de censib . tom. 1. lib. 4. cap. 16. n. 6. Nihilominus contrarium non semel per Rotam decisum testatur Cencius sup. n. 1. quod Bullâ Pii V. comprobatur videtur , ut idem adnotat .

Et quidem præfata decisiones Rotæ non carent 70 validis fundamentis . Primum , quia per census impositionem vera venditio contrahitur , ac emptor adquirit jus percipiendi annuam pensionem pro pretio , quod numerat . Cenc. q. 35. n. 4. D. Covar. hoc cap. n. 2. vers. Secundo bos annus , & vers. Non obseruam huic P. Molin. de just. & jur. tract. 2. disp. 383. per tot. ideo alcavalam deberi , inquit ipse disp. 384. n. 1. quod jus quæsumum vendere iterum emptor compelli non potest , ut cum pluribus tradidi infra , cap. 14. n. 1. Nec ex facultate redimendi in contratu censuali concessa venditori , quæ nihil est aliud , quæcum pactum retrovendendi jus illud ad annuos redditus percipiendum , Molin. d. disputat. 384. K. 2. num. 3.